



3. 7.

1713, 1 26

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS

De

FULIGINE,

Consensu ac Auctoritate Gratosissimæ

Facultatis Medicæ

In Almâ Gryphicâ,

PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Excellentissimo atqve Experientissimo

**DN. CHRISTOPHORO
HEL VIGIO,**

Med. Doct. & Profess. Publ. Ordinar. Celeberr., Facult.

Med. Seniore & p. t. *DEGANO* Spectatissimo,

Dn. Patrono, Promotore ac Fautore etatem veneranda,

PRO LICENTIA,

Summos in Arte Medicâ Honores, Insignia & Privilegia

Doctoralia more Majorum rite capeffendi,

publicæ disquisitioni exposita

JOHANNE LEMBKEN,

Bardens. Pomeran.

In Auditorio majori,

Die XVIII. Decembr. A. C. M DCC XIII.

GRYPHISWALDIÆ,

Litteris DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, Reg. Acad. Typogr.



DISENSATIO MEDICA INHIBITIVA

FULLONIA

Consilium Anatomicum

In Anatomia

Pro

Christophoro

Heilbrunn

Pro

Christophoro

Heilbrunn

Pro

Christophoro

Heilbrunn

Pro

Christophoro

Heilbrunn

Pro

Christophoro

Heilbrunn



PRÆFAMEN.



Medicina, quam paucarum etiam quondam scientia fuit herbarum, quibus sifteretur fluens sanguis & vulnera coirent paulatim, verbis Senecæ, in tam multiplicem hodie provenit varietatem, ut longe alia & multo magis expolita facies ipsi obrigerit, quæ ab Antiquis, si intueri eam daretur, nunquam nosceretur. Immutavit autem in tam varias formas artem nostram cum necessitas, tum curiositas egrorum atque medentium. Cum enim simplex victus corpori humano olim offerretur, mutationibus quoque minus illud obnoxium erat, & simplex ex simplici causa valetudo faciliorem sui curam requirebat; nunc vero, cum fastidienti & invito quandoque stomacho peregrina & varia ingeri alimenta ceperunt, multos morbos quoque multa fercula fecere, qui rursus plura medicamenta & majorem Medici ubique ea quarentis & explorantis providentiam indies poposcerunt. Et quidem hæc ipsa, hostibus sanitatis nostræ diversis quæ opponuntur, remedia tam sedulo huc usque quæsitæ, tam feliciter inventa, tam copiose nobis oblata sunt, ut prudenti Artis Ministro non tam quærere eadem, quam inquirere, explorare, & probata seligere hodie incumbat. Quoniam vero quæ domi habemus, peregrinè non sunt quærenda, & Fuligo inter domestica polychresta & eorporista remedia locum jam diu obtinuit, hæc ipsa quoque seorsim accuratam magis & intimiorem naturæ suæ ac virtutis considerationem satis promerita esse videtur. Quod dum in hoc Inaugurali Specimine tentamus, DEI Triunius salutare auxilium & Lectoris æquum ac benevolum iudicium nobis aprecamur.

A

CAP. I.

CAP. I.

De

Nomine Fuliginis.

§. I.



Ox Fuligo, quam aliqui cum Festo, minus commode tamen, à furvo i. e. nigro colore deducunt, simplicius & convenientius à fumo quasi fumigo & per syncopen ita dicitur, quod nihil aliud sit, quam fumus ligatus: Nigrum enim illud, quod ex pingvi ustorum fumo condensatur & camino vel parietibus adheret fuligo dicitur. Vid. Fessius de Vit. Sermon. Et in Elym. lat. lingu.

§. II.

Græci varia huic tribuunt nomina; sic primo ab illis vocatur αἰθάλη vel αἰθαλῶ ab αἶθω uro, accendo, cum sit rerum ustorum & accensarum soboles. Hinc Hesychio αἰθάλη explicatur per voc. σποδός, τὸ ἐκ καμίνος μέλαν, τέφρα, cinis, favilla, nigrum illud ex camino; αἰθαλῶ vero per ἡ τὰ πυρὸς ἀποφορὰ ἢ ἐν τῷ ὀρέφῳ αἰθάλη, ignis proventus seu exhalatio & summis rari ustorum adherens fuligo. Dein audit iisdem ἡ ἀσβόλη & ὁ ἀσβόλῶ, it. τὰ ἰωνία, ut & ἡ λιγνύς & ὁ ψόλῶ; Germanis audit Ruff / fortassis à Græco ῥύσιῶ, ruscus, sordidus; ruscus, ob colorem quem habet atro rubentem, unde Saxonibus inferioribus Roth / Aven-Schorsteen-Roth vocatur. Alias etiam cum fumo idem nomen sortitur apud eosdem, dum Rof vel Rauch vocant non incongrue, utpote cum nihil aliud per dicta sit, quam fumus condensatus: In specie autem dicitur Rten Rauch / ad indicandum, quod ex pino seu tædâ accensâ ascendens fumus meliorem non minus quam copiosorem generet fuliginem, qualis reperitur in furnis cerevisiariorum.

§. III. Cum

§. III.

Cum vero res quam plurimam fuliginis & αἰθάλης nomine veniant, hyponymia hujus explicandae gratia, significationes vocis varias adducere operae pretium erit, ut, quamnam nos hic intelligamus fuliginem, pateat. Sic scimus quod (1) Arsenicum dicatur *fuligo metallorum* Germ. *Hütten-Krauth*; quamvis per illam quandoque etiam Mercurius denotetur; & hoc respectu distinguitur a Spagyricis fuligo in humidam & siccam. Illam vocant caelestem vaporem per distillationem prolectum: Hanc per ollam & cooperulum aeneum, ut à Cinnabari vapor albus prodit. Vid. *Nicol. Flamelli annot. Tb. Chym. T. I. p. 778.* Nota quoque est (2) αἰθάλη λιθωνῶδης *thuris fuligo*, nec non λιγνὸς τῆς σμύρνης, τῆς πρίστνης ἢ τῆς εὐρακῆς, *fuligo murrhae, resinae & styracis*, it. λιγνὸς τῆς ὑγρᾶς, πίσσης, τῆς κεδρίας, *fuligo picis liquida, resina cedria, ut fuligo naphthae*; quarum artificialium fuliginum mentio fit apud *Dioscoridem Lib. I. cap. 84. 85. 96. 106. & Abensinam Can. med. p. m. 107.* Addi his quoque potest *fuligo ex succino*, quae pariter pictoribus ad nigros colores inducendos inservire solet. Per similitudinem quoque Hippocrati ac Medicis aliis vocabulum fuligo denotat (3) *recrementum oleosi sanguinis*, quod illi in flammulam vitalem, quam spiritum vocamus, accenso & deflagrato superest. Eandem ob rationem Hippocrati *Lib. III. Epid. Sect. 3. agr. 12. & Lib. II. de morb. cap. 50. tit. 2. & Coac. pranoi. cap. 3. i. 150. 390.* λιγνὸς seu λιγνώδες *fuligo aut fuliginosum*, significat *sordes nigricantes* cum linguae tum sputi & salivae inhaerentes, cum sunt ἐπιπλεονεχόμεναι διὸν λιγνὸς τῷ veluti *fuligine quadam untae*, ut explicat Galenus. Denique (4) Insula illa maris Aegaei, Lemnos, olim αἰθάλη & αἰθάλεια à veteribus appellata fuit, propter fuliginem officinae vulcanicae; Vulcanus enim fingitur in Lemnum à caelo delapsus, quia olim ibi è terra spontaneus erupit ignis, uti *Eustath. in Lib. I. Iliad. refert.* Vid. *Bochartus Lib. I. Geograph. Sacr. cap. 12. p. m. 431.* His omnibus vocis significationibus sepositis, per fuliginem, uti ex supra dictis jam patet, intelligimus hinc αἰθαλοὺς ἀπὸ τῆς ἰσπῆς *fuliginem furni*, quae iudice *Canepario de Arament. quar. Descr. cap. 3. p. 237*, eadem est cum *fuligine pictoria Dioscoridi*

Lib. V. cap. 132. eam enim ex furnis, & quidem officinæ vitrariz, colligere consueverunt antiqui pictores, cujus naturam, generationem, vires ac usum breviter in sequentibus exponemus.

CAP. II.

De


Natura & Generatione Fuliginis.

§. I.

Considerato jam nomine fuliginis, natura ejus unâ cum generatione spectanda venit. Illam ipsam vero Veteres varie definiunt explicarunt. Aristot. Lib. IV. meteorol. cap. 9. p. m. 460. sequ. definit fuliginem per τὴν πύον θομίαν pinguis materia exhalationem, qualls materia est cera, thus, pix, aliaque ejusmodi, quæ picem continent aut quidpiam simile. Distinguit vero eam à fumo, quem vocant ζύλων s. ζυλώδες σώματ' θομίαν lignorum seu lignosi corporis exhalationem Galenus adversus Lycum cap. 2. p. m. 331. scribit de fuligine, quod sit καλῶν ημενης ὑλης γεώδης ὀναθομίαισις adusta materia terrestris exhalatio, & distinguit pariter eam à fumo ed, quod hic fit neque exusta, neq̄ terrestris, sed semiusta & mixta ex humida & terrestri substantia exhalatio: quod etiam repetit Lib. VIII. method. med. cap. 5. Nicandri Interpres in Alexiph. v. 52. describit fuliginem per τὸ καπνώδες τῆ πυρός fumo sum ignis; & Helychius, uti jam diximus, per nigrum ex camino. Foesio Oecou. Hippocras. pag. 9. fuligo materiæ flammæ adustum excrementum est, quod in sublime fertur, à fumo, qui est materiæ succensæ excrementum, differens. Nobis sanè, qui fumum & fuliginem iisdem fere elementis constare, nec nisi concretionem differre putamus, sequens definitio juxta mentem Wedelii concepta placeat. Fuligo est sublimatum domesticum vegetabile nigricans.

§. II.

Sublimatum dum vocamus fuliginem, facile patet, esse aliquid, vi vocis, in altum & sublime evectum & propulsum, chimice autem loquendo, de stillatum quoddam siccum seu rarefactum prius & fluxum




fluxum redditum, hinc solidatum iterum & concretum. Operatio enim illa chimico pharmaceutica, quam κατ' ἐξοχὴν vocant *sublimationem*, nihil aliud est, quam destillatio quædam sicca, vel pro-pulsio siccorum evaporabilium, quando scilicet concretorum particula, sub specie fumi exhalare vi ignis coacta intra vasa, ab ambiente aëre frigidò in massam spissiore condensantur. Vid. *Wedel. pharm. Aéroam. p. 111. & Bohn. Diss. chim. phys. XI. §. 1. 4.* Adeoque hoc ipso vocabulo simul indigitatur partim causa efficiens seu com-movens & propellens fuliginis, quæ est ignis, qui uti alias analysta corporum est, ita quoque hic partes ab invicem divellit, & divulsas quas potest, fugat; partim subjecti qualitas, quod nempe siccum quoddam sit evaporabile volatile, seu quod ejusmodi particulas contineat, quæ ignis vim hosticam sustinere nequeunt, sed aufugiunt, vel per se, vel per acidens, cum volatilibus scilicet fixiores innexæ & abreptæ. Unde productum non potest non esse salino-sulphureum volatile, adæquate terreum, de quibus elementis paulo post agemus.

§. III.

Ne quis autem hoc nostrum sublimatum cum artificialibus chimicis confundat, additum est *domesticum*. Ignis etenim aperto magis foco flammans, hoc ipsum, aëre liberiore accedente, in auras protrudit, parietibus furni hinc allidens & adhærens, modo laxius, modo strictius. Uti è contra ignis magis clausus & vasa appropriata ab Arte in suis productis adhibentur, ut omnes sic vapores distincte magis & accuratius collecti condensentur. Deinde etiam secundario saltim & aliud longe agentes hunc obtinemus effectum, cum in chimicis primarius ad illa habeatur respectus, & principaliter eorum causa operatio hæc instituat.

§. IV.

Porro ut naturam ejus paulo adumbraremus propius, adjun-ximus vocabulum *Vegetabile*: Originem scilicet suam debet vege-tabili regno, & quidem lignis in foco accensis. Exin quodammodo colligere jam licet, quænam fuliginis sint elementa constitu-entia. Notum est de vegetabilibus, pollere eadem sale acido exsu-perante, & alcali tam fixo, quam volatili cum ære ligatis, ac in



terra cum aqua fundamentum & requiem noctis. Quamvis enim in lignis de quibus h. l. sermo nobis quam maxime est, non æque sapore hæc innotescant, satis tamen in analysi eorundem se manifestant. Sic destillata igne clauso per retortam ligna, copiosum Acidum in spiritu prodeunte tibi præbent; alcali vero fixum ex cineribus accensorum, & volatile, quondam vegetabilibus in genere denegatum, nunc autem à Wedelio restitutum, hic cum ∇ ascendens, vel ex solo fumo mordicante colliges, illud manibus palpando, hoc oculis in fugâ ejus sentiendo. Vid. *Sennert. de Consens. & Dissens. Chemic. p. 148.* Sulphur vero non minus desflagando patet, quam re ipsa in oleo cum spiritu prolesio copiose se sistit; terrâ, quæ cineres vel caput mortuum constituit, relicta. Adeoq; cum fuligo, uti dictum est, nihil aliud sit, quam sublimatum ex lignis, *Sublimatione autem propellantur principaliter Δ ra Φ λογισα & Θ ια volatilia, adæquate fixa & terrea iisdem implicata, Vid. *Wed. l. c. p. 112.* mox recensita lignorum principia fere omnia præter acidum in fuligine reperire licet.*

§. V.

Et quamvis primo mirari quis posset, cur acidum & alcali, quod copiosum in lignis residet, non simul utrumque obtineri queat, sed uno destillante igne clauso, alterum deficiat, & altero evectio igne aperto, prius in apricum prodire recuset; mirari tamen desinet, qui legit elegantem hujus phænomeni rationem à laudato Wedelio l. c. p. 189. expressam. Sal enim acidum figit Θ volatile, & ignis conclusus non excutere istud valet, ut hoc in apricum prodeat. Apertus vero ignis violentius illud aggreditur, & excusso acido desflagat Δ maximam partem, pars vero sub vapidio illo flamma impetu adheret fornaci, sicque successive magma unctuosum colligitur, unde Θ volat. lignorum, alia minus acquirendum, pelli potest. Nempe uti in genere ignis hostis & propulsor acidi est, & Θ ia volatilla recipiuntur & absconduntur ab oleis & primario Δ re, ita quoque hic acidum lignorum præ ignis, aperto Marte dimicantis, violentia restare nequit, sed penitus aufugit, & cum oleo, quod abundantissimum est in fuligine, utpote ab ignis injuria liberatum, & terra alcalica, Θ ejus volatile combinatur & innescitur, seu ut Etmülæ
lerus

lerus loquitur, quasi compedibus vinculum tenetur, quod suo hōc vinculo leviori hinc etiam facilius, & quidem solā Δ torturā, liberari potest.

§. VI.

Proinde laudato Etmüllero quoad hoc assentiri non possumus, quando in *Schröder. diluc. p. m. 130.* scribit: *Fuliginem constare ex acido & Sibus volatilibus spirituosis, it. Oleum destillatum & spirituum acidum volatilem constituere fuliginem.* Experientia enim hoc Viri celeberrimi effectum contrariatur, quæ nil nisi \ominus volatile & spiritum urinosum cum oleo empyreumatico, sale volatili refertissimo, ex fuligine destillatoribus curiosis offert, sale alcalico in terrā relicto, & communi modo elixiviando. Neque \ominus *salsum vel nitrosum*, ut idem Autor putat inest fuligini, aut ex eā sibi relicta parari potest, bene tamen cum aliis mixta; Unde vel maxime *Sennerto l. c.* natura fuliginis Salino-volatilis probatur, quando cum \square & \ominus communi sale ammoniacum constituit artefactum. Sic quoque *Libavius in Epistol. XLIV. Cist. Med. Hornung. p. m. 138.* quem Autorem sine dubio secutus est Etmüllerus, falsis id genus in fuligine nitrosum esse nondum evicit, quamvis alleget Plinium, *in lignis durioribus nitrum esse, idque ex cineribus illorum colligi*, scribentem: Nam quicquid est in lignis, illud non statim in productō illorum, fuligine puta, deprehenditur, uti in præcedentibus demonstravimus, neque, quod scimus, ex cineribus lignorum aliquid præter \ominus alcali fixum colligi per elixivationem potest. Quando vero *Etmüll. l. c.* exinde \ominus *salsum fuliginis furni esse de naturā nitri probat, quod ex fuligine furni facile possit generari nitrum*, infirmo sane ex falsa hypothesi desumptō argumentō utitur: Nullibi enim legimus, ab operariis nitri nostri tactitii ad confectiōem ejus sumi fuliginem, quam non negligerent, si nitro facta esset, sed omne saltim ubicunq; terrarum paratur ex terra nitrosa, vel saxo nitro pleno, cineribus ac calce viva adjectis, uti latius hoc didixit Celeberr. *Schelhammerus in elegant. Tract. de Nitro cap. 7.* Neque experimenta varia cum fuligine à nobis instituta, quicquam vel acidi, vel mediū nitrosi salis ipsi inesse probant: quin potius \ominus *alcalico volatili & fixo abundare aperte monstrant.*


§. VII. Sic,

§. VII.

Sic, ut aliqua saltem allegemus, (1) cœruleum *Syrupi violarum* colorem fuligo & infusio ejusdem non ut nitrum immutatum reliquit, vel ut acidus vitrioli spiritus in rubrum convertit, sed ut alcalia omnia in viridem mutavit. (2) *Tincturam ligni brasiliensis* cum aqua decocti saturate tinctam eadem non ut nitrum clariorem reddidit, aut veluti spiritus vitrioli in flavescentem auream immutavit, sed, ut alcalia solent, obfuscavit. (3) Infusionem gallarum non ut nitrum ac spiritus \square in coagululum lacteum, vel ut solutio vitrioli in atramentum, sed in luteolum coagululum mutavit, (4) solutionem \square limpidissimam non uti nitrum candidam vel ut Ω CC & \square lacteam, neque ut oleum \square per deliquium aurantium, sed ex flavo fuscam fecit (5) à Ω Θ li frusto fuliginis instillato, ut & à pulvere ejusdem spiritui huic injecto statim ebullitio ac turgescencia quædam, circa strepitum tamen, orta est. (6) Spiritus fuliginis volatili Θ e abundans acido cum succo aliquo mistus lactescit, cujus experimenti jam meminimus *Gallarum Syst. renov. Physiol. Med. pag. 310.* Quæ sane omnia satis indicant, quod fuliginis Θ non sit acidum, non nitrosum, sed alcalicum; præcipua enim pars, ut recte statuit *Clauderus Meib. balsam. C. H. cap. 7. p. 189.* fuliginis est Θ volatile lignorum, seu ut latius hoc exprimit *Hoffmannus Cl. Schröder. p. 184.* fuligo constat e phlegmate, oleo subtili & crasso sæculo, sale volatili & fixo ac terra effæta, veluti pyrotechnia manifestat.

§. VIII.

Hoc ipsum sublimatum nostrum domesticum facile etiam ab aliis distinguitur colore suo tenebricoso seu nigricante. Nigredo autem & hujus ut & aliorum corporum adustorum oritur proxime à superficie ejus innumeris cylindris, pyramidibus, conis, aliisque ejusmodi corpusculis exasperatâ, quæ, dum conferim posita atque erecta sunt, poros profundos, tortuosos & obliquos formant, quibus radios lucis ad se invicem introrsum reflectunt, reverberant, absorbent ac suffocant, ut tandem intereant, priusquam ad oculum transire queant. Vid. *Boyl. Exper. & Consid. de Color. p. 139.* Ubi nihil obstat, quo minus etiam remote deducatur ab intentatâ sulphuris, utpote quod fundamentum est omnis cohesionis, texturæ ac super-



ac superficiei, per ignem & Θ ia alcalica dissolutione, inversione ac concentratione, ut pori hinc tortuosi evadant, ad suffocandos lucis radios aptissimi. Ob particulas hinc suas magis segregatas, laxiusque ac inæqualius coherentes, quibus tortuosum pororum situm, hinc & nigredinem suam fuligo debet, respective quoque levior fit faciliusque incalescit ac conteri potest, uti hæc satis nota sunt nec explicationem ulteriorem requirunt.

CAP. III.

De

Differentiis, Selectu & Præparationibus Fuliginis.

§. I.

UTI alias sublimatione chemicâ studio quæ propelluntur, duplici compage coire illa solent, laxiori scilicet, ut sic dicti Flores, & strictiori, ut in specie sic dicta *sublimata*. Ita idem quoque in sublimati nostri domestici concretionem videmus, quod pariter duplici sub forma, florum subtiliorum porosiorum ac leviorum, ac sublimatorum compactiorum ac graviorum corporum coalitum se nobis sistit. Illa species, verbis *Solini Polybistor. cap. 35.*, *Fuligo favillacea* dici potest, quæ subtilioribus & laxioribus flocculis coheret, adeoque instar favillæ stato facillime excitari ac diffusi potest. Hæc vulgo *Fuligo splendens* nominatur, quæ magis unitâ particularum compage gaudet, & ob enatam inde politam magis & specularem superficiem, splendida fit ac nitescit: Unde etiam Germ. *Spiegelstein* dicitur.

§. II.

Dein ratione materiæ, lignorum scilicet in foco combustorum, ex qua generatur, fuligo est varia, aut variè saltem distingvi potest. Sic alia dici potest *πινύνη ἢ πευκίνη pinea vel picea*, quæ ex lignis arborum harum, pini scilicet tam domesticæ, quam sylvestris & piceæ, nostris communi nomine *Feuren-Holz* venientium, combustis

B

bulis ascendit, Germ. Kottel-Rohm oder Kottel-Strom oder Klett-Rauch dicta. Vid. *Rulandi Lexic. alchim.* p. 224. cuius mentionem facit *Dioscorides Lib. I. cap. 86.* ut & *Lib. V. cap. 183.* ubi λέγεται σφαιρομένη ἐν δάδιον, fuligo ex radis collecta appellatur. Alia quercina & betulina, quæ ex lignis quercus ac betulæ crematis elevatur. Alia aliis ex lignis sublimata. At cum rarissime ligna hæc singula seorsim in focis fumariorum nostrorum accendantur, hinc etiam ex promiscue combustis iisdem proveniens fuligo non nisi mixta colligi aut expectari poterit, communi fuliginis furni nomine appellanda, reliquarum quoque omnium vires unitas sub uno magmate nobis sistens, ut singulas hinc ex dictis lignis, solis caute comburendis, collectas fuligines anxie querere haud opus habeamus.

§. III.

Adeoque in selectu fuliginis ad usum Medicum non æque eo respiciendum esse putamus, ut *splendens instar succini nigri ex ligno quercino* eligatur juxta *Hoffmannum in Schr. l. c.*, vel ut *delectus inservatur* ratione materie combustæ, quæ quanto Medica intentioni convenientior, tanto quoque fuligo præstantior censetur *Schrödero Ph. Med. chim. Lib. IV. cap. 384.* ut v. gr. fuligo ex betula colligatur adversus morbos hepaticos, hydropem, icterum, nec non contra scabiem & calculum, quia succus hujus arboris ac folia decocta iis cum successu opponuntur, fuligo quercus ad omnis humorum generis fluxiones sistendas, cum partes hujus arboris omnes adstringendi facultate pollentes, haud frustra in iisdem affectibus adhibeantur, & sic porro. Hæc enim omnia sunt superflua, ac sufficit, si modo obtineatur fuligo, juxta monitum *Clauderi l. c. p. 192* è fumaris, ubi potissimum comburantur ligna quercus, betulæ, pini ac fraxini, utpote præ cæteris salino. Fæis particulis abundantia. Id vero cum in ὕλη σφαιρομένη & ὑδραργυροῦς officinis vitæ ac cerevisiaris quam maximè ad alendum fortiosem Δεμ fieri videamus, omnino etiam fuligo ex furnis ædificiorum horum, ut vult *Dioscorides, διαφύσι* alias bonitate superat. Ubi & hoc simul observari poterit, ut splendens illa fumarique parietibus proximè adhærens fuligo sumatur, quo enim fornaci propior, eo melior recte asseritur *Hartmanno*, cum ὄνο- & eo- mole-

moleculis fecundior sit. Ita etiam rectè idem Autor monet, *Pr. Chim. P. II. cap. 29. p. m. 33.* quod non antiqua neque arenosa, sed recens, quæ in se habet falsuginem, sit optima; quæ reperitur quasi tela aranearum, non est bona.

§. IV.

Et quidem illud ipsum dictò jam modò collectum sublimatum nigricans, licet primo oculorum aspectu sordidum ac inutile esse judicetur, mox tamen præparationibus, saltim paucioribus ac facilioribus, adaptatum, vires suas latentes egregias manifestans, cuius saniorum Medicorum evporista ac domestica remedia amantium, ut polychrestum medicamentum placebit. Inter illas autem præparationes primo loco recensenda erit TRITURATIO seu PULVERISATIO, quam omnino requirit fuligo, tam, ut per se in substantia eo melius assumi queat, quam, ut ad alias commodius sustinendas prædisponatur ac præparetur. Facile verò huic contusioni & attritioni, in mortario vel lapideo vel metallino institutæ auscultat, utpote cum ob particulas oleosas pingves salino-terreis angulosis & rigidioribus multum disgregatas ac confertim intermixtas fragilis admodum ac friabilis sit, unde in pulverem redigitur satis subtilem, qui se cribellari, seu per cribrum setaceum trajici haud renuit, interius non minus quam exterius & per se & cum aliis mixtus, adhibendus. Qui ipse profectò, ad virium suarum auktionem & exaltationem, non opus habet *lotione* aut *irroratione cum* ∇ fl. samb. card. ben. &c. factâ, quemadmodum *Horslius* specificum suum antipleuriticum parat, sed absque eâ easdem vires possidet ac paricum energiâ exerit; præsertim cum iudice *Bohno l. c. VII. §. 14.* specificæ aquarum ejusmodi virtutes & particulæ magis activæ concreto tali vix impertiantur, aut post exsiccationem in eo maneat, sed potius exhalent. Quamobrem & fuliginis pulvis breviori operâ & majori cum efficaciâ, ipso applicationis tempore, cum adjuvantibus illis vehiculis mixtus propinabitur.

§. V.

Secunda huic nostro sublimato conveniens præparatio est, communissima illa heterogeneorum & ac homogeneorum secretrix aut combinatrix DESTILLATIO, quippe cum ejusmodi in se contineat

neat particulas plurimas, quæ, accedente solius ignis torturâ, per se, citra additamenta alia, avolant, ac sui juris factæ propelli possunt, ex quarum combinatione spiritus, olea & \ominus volatile, medicamenta sane utilissima, consurgunt. Peragitur autem ista, uti *Hartmannus Prax. Chimiæ. P. I. Tr. VI. §. 15. Schröd. l. c. & in illum Hoffmannus, Willisus Phærm. rat. P. I. p. 130, 131. Collect. chim. Leid. cap. 183, 184.* aliique latius processum docent seq. m. R. fulg. splend. elect. q. v. Indatur retorta vel vitrea, vel, si majori quantitate parare spiritum lubet, terrea & dest. l. a. Prodit sic primo (etiam citra additionem sic statuit Etmüllerus, ipsi nullum insit, neque alcalibus additis penetrantior fiat Ω . & cum æquali calc. viv. portione, affusâ ∇ , destillata fuligo, præter aquam ferè inspidam nihil dimittat) Spiritus volatilis, penetrans, non acidus, ut Etmüllerus scribit, sed \square osus, alcalicus, iisdem ut alii spiritus urinosi viribus pollens; dein Oleum summe nigricans & empyreumaticum, & denique Sal volatile siccum, parietibus vitri recipientis adhærens, omnium in orbe, post Φ i \ominus volatile, fugacissimum, uti judicantur rectissime Hoffmannus l. c. & Etmüllerus Comment. Ludovician. p. m. 474. quæ duo hinc, ex Φ ro nempe & fuligine parata salia volatilia in regno vegetabili sufficere possunt juxta Rivinum manud. ad chem. pharmac. p. 48. & quidem hæc tria fuliginis destillatæ producta confortativa, renovantia & excitativa medicamenta, encomio Autorum modo dictorum, sunt insignia, spiritu ad gr. vj, β , γ , oleo & \ominus vol. ad gr. vel gr. ij vel iij dato. Neque adeo pertinax ingratiissimi odoris & saporis empyreuma illis inhæret, ut ideo præ Φ i spiritu ac oleo visiora minusq; necessaria esse existimari debeant; quin potius pariter ut urinosus CC. spiritus, à creta, calce viva & spiritu \ominus is vel vini affuso rectificata, parum saporis fumosi retinere observantur, ut citra nauseam assumi queant. Vid. Autores cit.

§. VI.

Porro eodem, quo dictus vulgaris ac simplex fuliginis spiritus paratur, modò etiam compositus destillari poterit, alia si addatur anatica cum fuligine quantitate miscenda. Sic (1) cum alumine & vitriolo mixta fuligo fundit spiritum salsum, de quo præter Ludov. Pb. mod.

Ph. mod. sec. appl. Disf. I. p. m. 267. agit Ettmüllerus l. proxime cit.
 Hæc spectat (2) *spiritus salis ammoniaci fuliginis*, quem sequi. m.
*paravimus. R. ⊖ * pulv., fulig. pulv. aa. ℥j, calc. viv. ℥ij. M.*
 Affunde in cucurbita aquæ pur. Mens. j. M. & dest. l. a. Prodit
 spiritus urinosus flavescens, acris saporis & odoris, cujus color à
 fuliginis particulis ☿ eis seu oleosis volatilibus, una cum ⊖ *
 moleculis salinis volatilibus in altum evectis, dependet. Pariter
 (3) notus est ille primum ab *Hoffmanno l. c. hinc & Doleo Encycloped.*
Med. Theor. Pract. Lib. I. p. m. 226. descriptus spiritus fuliginis suc-
cinatus, qui ex fuligin. & succ. anat. par. per ignem arenæ l. a. destil-
 latus in apicum fertur, subsequente etiam oleo fuliginis succinato,
 quod ob insignes & mirandas, quas instar panaceæ edit, vires, *oleum*
fuliginis mirabile audit Hoffmanno, qui legi de illo meretur.

§. VII.

Quod COCTIONEM fuliginis attinet, notandum est, quod
 illa quidem à *Glaubero Furn. nov. phil. Part. II. cap. 102.* laudetur
 ad *oleum fuliginis absque destillatione* mediante frigoris vi concentrante,
 parandum, at, cum hæc olei separatio non nisi ab intensissimo fri-
 gore, ipso fatente Autore, fieri possit, alias frustra expectanda, minus
 quoque usitata, & magis curiosa quam utilis & facilis hæc operatio
 censenda; præsertim cum frigus hic locorum, ut loqui amat *Ludovicus*
l. c. rarisime ad novo-zeblemicam illam concentrationem sufficiat, nec
efficaciam hic tantoperè intendat: nisi quis vellet frigus ac conglata-
tionem, additione mixturæ ex nive & Se communi factæ aut lixivii
 ☿ is ammoniaci promovere, & sic difficultatem operationis quo-
 dammodo removere. Interim curiositatis gratia processum ex
 Autore, paululum mutatum tamen, adducemus: R. fuliginis splend.
 q. v. coque in ▽ simpl., aut, quod melius, in □ a, vel, quod opti-
 mum nec tam sordidum, in lixivio ⊖ *
 *, tam diu, donec illud
 sanguineo colore tinctum. Solutio hinc filtrata indatur vasi fictili,
 quod impositum alii, lixivio ⊖ *
 * aut mixturâ superius dictâ pleno,
 exponatur aëri frigido, ut omnia congelentur; sic, diffracto vase, in
 medio congelati liquoris oleum fuliginis liquidum, sanguinis instar
 rubrum, invenes, quod destillato parum viribus cedit, facile hinc
 quoque rectificandum.

§. VIII.

Neque silentio hic prætereunda est **CALCINATIO** fuliginis, quando vel fuligo ipsa, vel ☉ ejusdem destillatæ per ignem calcinatorium incineratur, indeque non cum aceto, ut vult Schröderus, Hartmannum sequens, sed communi more cum ∇ elixiviatum ☉ alicicum, quod terræ insipidæ inhæserat; hac enim operatione acquiritur *Sal fuliginis fixum*, medicamentum sane, encomio Hartmanni aliorumque, præstantissimum in cancro exulcerato aliisque ulceribus inveteratis mali moris, sive ☉ ipsum in substantia, sive in loco frigido humido in liquorem, quem vulgo oleum per deliquium vocant, solutum adhibeatur. Huc spectat etiam **REVERBERATIO** fuliginis quam Helmontius cum auripigm. & ☉ ꝓ instituit ad ☉ ejus fixum compositum obtinendum pro cancro curando, de quo in seq. cap. plura dicemus.

§. IX.

Denique nobilissima illa solutionis species **EXTRACTIO** jam laudanda venit, quæ polychrestum sane medicamentum *Tincuram fuliginis* salutiferis Medicorum manibus tradit. Cujus evporisti egregii, licet sibi inventionis arroget laudem *Dn. Gebema in Med. camp. p. 65. & 67.*, primus Autor est Celeberrimus Clauderius, qui l. c. p. 192. modum parandi *Essentiam alexipharmacam*, uti à potiori illam nominat, candide nobis detexit. Processus sic se habet R. Fulig. furvi splend. q. v. Pulverisatæ superf. in vitro spiritus seu potius liquoris balsamici ej. Autoris (qui ex cinerum clav. ꝓj & ☉ xi ꝓꝓ cum ∇ communi paratur) q. s. ad aliquot digitorum eminentiam. Vitro bene clauso stet infusio, & subinde agitur per d. & n. Filtratur hinc liquor pulcherrime tinctus rubiniformis, ab omni empyreumate, sapore ac odore molestis liber, & in vase optime munito servetur usui. Poterit quoque repeti extractio eodem effectu in eadem materiâ. Quæ ipsa Essentia à 25 ad 30 gr. 1. 2. 3. vicibus in die, prout necessitas urget, agris propinari potest, vim habens diaphoreticam, diureticam, aperientem, purificantem, præcipitantem, abstergentem, resolventem, atque ita cordialem, bezoardicam, febrilem, nephriticam, expectorantem, antipleuriticam, catharralem & nervinam. Qui hanc sine Δ^e ullo

ullo paratam Tincturam fuliginis paulo subtiliore ac pretiosiore
 maltum & operosiore menstruo extrahere cupit, is loco liquoris
 balsamici ad modum à *Sussero Alt. Labor. chim. Sp. III. cap. 2.* descri-
 ptum, spiritum vini non plane dephlegmatum & floribus Θ Xi
 imprægnatum, aut mixturam ex spiritus \square a & \square vini aa. paratam
 aut spiritum Θ Xi cum sale \square i vel calce viv. præparatum sumat, & sic
 pariter essentiam coloris valde saturati atro. purpurei extrahet, quæ
 depleta & filtrata, iisdem cum priori viribus militat. Ubi notan-
 dum, quod, si per reliquias in filtro ∇ simplex transfundatur vel
 coletur, illa ipsa eleganti rubro colore tingatur, & sine mucore dis-
 dret ob particulas salinas absorptas ac solutas. Inde etiam, si vel
 sensim exhalaverit, vel igne leniori evaporetur, ad fundum *mas-
 riam nigram, salsam & austeram* dimittit, quæ in charta super for-
 nam exsiccata *Sal fuliginis* \star ale dici poterit. Quemadmodum
 quoque ipsa Essentia alexipharmaca in fundo relinquit pulverem
 nigrum, sapore penè nullo subadstringente tamen præditum, quod
Extractum fuliginis dixeris: pertinaci inficit digitos nigredine, quæ
 propter ad piciorum colores non videtur incongruum, ut & ad
 balsama apoplectica tingenda.

§. X.

Autem fuligo non solum ipsa dicto modo extractioni patet,
 sed etiam Θ e suo Δ i penetrante particulas auri firmissimè coheren-
 tes ita emollit ac dissolvit, longiore simul triturâ ac digestionem acce-
 dente, ut tam spirituosâ quam Θ ino menstruo solvi queant, ac
 egregiam Tincturam auri nobis fiant. Sic duos diversos illam
 parandi modos legimus apud *Hoffmannum & Clandrum l. c.* quos
 verbis Autorum breviter dabimus. Juxta Hoffmannum ita pro-
 cedendum: *R. Sal. volat. fulig. part. viij. calc. Θ aris part. i vel ij
 M. exactissime, donec Θ evanescat, nec amplius conspiciatur; pone
 in digestionem per 10. d. Θ n. denique sublima, uno Θ sublimatur,
 & calx alba remanet in fundo, in superficie apparet Θ are \square rubicun-
 dum, quod ∇ extrahi potest. Clandrus vero h. m. procedit:
*R. Fol. auri finis. \mathcal{Z} ij vel q. v. add. fulig. furni splendida, \mathcal{Z} ij. terantur
 in mortario è lapido serpentino per unum alterumve diem; quo diu-
 sium continuatur triturâ, eo melius Θ fuliginis moléculas auri solvendas
 penetrat**

penetrat. Postea superfund. Ess. alexiph. q. s. ad eminent. 2. digitor. stent in vitro optime clauso per aliquot septimana, interea aliquones agitando. Tum addatur adhuc totidem pulv. fulig. splend. q. s. ad deglutendam humiditatem. Indatur masa ista crucibulo optime munito, imponatur fornaci figulina; hinc calcinata eidem affund. Essent. alexiph. q. s. ad emin. 2. vel 3. digitor., diger. aliquandiu & ultimo filtretur per chartam emporiticam; quæ ipsa vires egregie confortantes habet, cuius homini in plerisque morbis congrua, quippe quæ calidum innatum balsamicò imbuit nutrimentò, langvinemq; per continuam circulationem spirituosa virtute depauperatum novo vigore imprægnat.

§. XI.

Ex his modo descriptis variis fuliginis præparatis egregia sane consurgunt medicamenta, tam interna, quam externa, quæ cum his illis mixta variam induunt formam, solidam, liquidam medicamve. Ita ex fulig. pulv. vel Oleo vol. cum fl. Quis, succin., CC., mirrb. terrisque medicis inter se mixtis confiunt pulveres sudoriferi, bezoardici, nec non externo pro usu pulveres ad cancrum, si cum rad. ari, sang. Dracon., cryst. mont., arsen. correct. aliisque misceantur; ex spir. & Tinct. fulig. cum aliis spiritibus ac Tinct. mixt. Essentia & mixtura bezoardica, catharrales, &c. ex iisdem cum Vis appropriatis combinatis potius confiunt. Porro pulv. fulig. cum aceto, oleis vitell. ovor., cera, tereb., butyro, melle mixtus, Cataplasmata, Unguenta, Linimenta, Emplustra constituit, qualia ad varios morbos composita apud Autores hos illosve reperiuntur, veluti in seq. Cap. dicenda latius docebunt.

CAP. IV.

De

Viribus & Usu Fuliginis.

§. I.

Quamvis jam apud antiquos fuligo medicamentorù classi annumeraretur, rariori tamen in usu erat, quod natura ejus nondum satis perspecta & cognita esset; Quæ ipsa dum hodie illà oculos quævis

quæ vis referante chimæ clave, magis aperta nobis sistitur, frequentior quoque ejusdem usus in quæ plurimis morbis apud Recentiores invaluit, de quo dicendi campus tam latissimus, quam jucundissimus se nobis pandit. Antequam vero in illum exspatiatur, facultates seu vires fuliginis, quibus usus ejus multivarius innititur, egregias recensere ac lustrare operæ pretium erit. Ex iis ergo laudanda venit (1) *vis exsiccandæ*, quam exercet fuligo tam in se, quatenus particulis suis terreis imbibit ac absorbet humidum, quam mediante calore, quem particulis suis salino-feris volatilibus ac fixis adauget, rarefacit ac expandit, quò ipsò hinc humiditas dissipatur. Id quod indicare voluit Galenus Lib. VII. de med. simpl. facult. p. m. 97. seq. verbis: Διγνὸς ἀνάσσα μὲν ἐστὶ ζηρανίη, δια καὶ γεώδης ὑπάρχει τῆς ἔσσης, ἔχουσα τὴν καὶ τὰ καϊακάνυσαν τὴν ὕλην πυρὸς λείφανον. ἄλλα τῆτο μὲν ὀλίγον. ἢ ὀλίγη φύσις αὐτῆς γεώδης ἐστὶ λεπτομερῆς. Omnis fuligo est exsiccatória, ideo quod essentia ipsius sit terrestris, habens etiam quosdam ignis, qui materiam combussit, reliquias, ac eas quidem pauciores. Tota autem ipsius natura est terrea tenuium partium. Cui iisdem ex hoc depromtis verbis ad stipulantur Aënius Lib. I. p. m. 16. b. Regimena Lib. VII. p. m. 287. & Avenisina Lib. II. Tr. II. p. m. 107. Ex ista fuit (2) *vis adstringendæ*, quæ δύναμις στυπτική à Dioscorido l. c. haud frustra ipsi adscribitur, utpote cum terræ sulphureo-salinæ alcalica substantiâ suâ, siccante, absorbente, præcipitante acidos affluentes humores, flaccidiores ac dissolutas sanguinis viscerumque fibras iisdem liberet, liberatas rursus uniat ac roboret, & sic, licet remissius, adstringat. Pariter cum juxta Galenum tenuium partium sit fuligo, i. e. ut Pyrotechnia nos docet, sulphureo-salinas volatiles copiosas, nec non alcalicas fixas in se contineat, tribuitur ipsi merito (3) *vis aperiendæ, resolvendæ, concoquendæ & discussendæ*, quatenus dictis jam moleculis suis tenuioribus visciditatem sanguinis ac lymphæ aliorumque humorum attenuando, incidendo ac disjiciendo coagula avertit, poros viasque obstructas reserat, debitamque subsistentibus humoribus fluxilitatem reddit. Neque ob eandem rationem ipsi deneganda est (4) *δύναμις σηπτική καὶ ἀπολωτική, vis extergendæ, excedendæ & cicatricem obducendæ*, quam

quam *Diaforides* l. c. de fuligine jam prædicavit: quatenus salinis alcalicis particulis acidum ulcerum ichorem præcipitando, ac luxuriantem carnem absumendo, & deterfâ sic omni sorditie ac feri acioris putrilagine, exsiccando fibras cutaneas densat ac obdurat. Tandem etiam, ut ex dictis satis emicat. (5) *vis sudorifera & diuresica* fuligini inest, quippe cum \ominus suo alcalico, tam fixo, quam volatili præsertim acidum in sanguine ligans destruat, ac viscidum serum fundat & fluxile reddat, ut hinc rarefactum & resolutum tam ad poros glandularum subcutanearum, quam ad renes viasque urinarias facile deduci ac promoveri possit.

§. II.

Tantis cum polleat viribus fuligo, usu quoque multivariò non minus quam felicissimò in diversis, etiam molestissimis corporis affectibus haud caret. Sic sane in FEBRIBUS CONTINUIS MALIGNIS, BENIGNIS UT ET INTERMITTENTIBUS fuliginem & ex illâ præparata, ut sudorifera, bezoardica & febrifuga medicamenta, probati usus esse legimus ac ipsi novimus. In PESTE ad sudorem eliciendum, & simul miasma illud acre peregrinum in sanguine excludendum optima est potiuncula ista ex spiritu fulig. ζ & ∇ fl. calendul., card. ben., scabios. aa. ζ parata. Pariter fulig. pulv. & simplex per se & aliis bezoardicis combinatus cum acetorutaceo non inutiliter propinabitur. Uti & spirit. fulig. succin., \ominus fulig. volat. & Ess. alexipharm. ad exanthemata in PETECHIALI FEBRI, VARIOLIS AC MORBILLIS expellenda, præsertim si cum mirrhatis mixta adhibeantur, certum auxilium ægrotis afferunt. Quin etiam in FEBRI COLLIQVATIVA I. SUDORE ANGLICO spiritus fuliginis simplex & succin., ut & \ominus ejus volatile, ut sudorifera, ut acidum malignum sal in massa sanguinea hic dominans, ac serum nimium fundens, juxta *Willisium*, destruentia, genuina morbi hujus sunt remedia. Conf. *Helwigium Conf. de Pest. p. 176. Dolau l. c. pag. 729. it. pag. 859.* Non minus autem in INTERMITTENTIBUS, quotidiana, tertiana & quartana interne spiritus \ominus fuligin. noster atque Tinctura fuliginis, nec non \ominus volatile & fixum fulig. & sibi relicta & cum aluminosis, mirrhatis mixta vel interpolata, ad fermentum febrile pituitosum, viscidum, bilio-

biliosum, acidum fixius domandum & enervandum conveniunt, vid. *Syfferus l. c.* Externe autem pulv. fulig. cum rad. ranuncul. caust., tel. aran., allio excort., camph., theriac., ol. scorp. & aran. mixtus & cataplastatis formâ, vel additis colophon., tereb. & cerâ in Emplastrum redactus carpsiq; manuum impositus multos etiam absqve aliis propinatis curavit: id quod jam olim Strobelbergerus de suo *Empl. febrifugo*, (quod ex ∇ , ∇ , Δ & Δ seu *terrambinâ*, quæ instar aquæ liquida, *ranunculô causticô*, quæ in terra crescit, *telis arancarum*, quæ cum ipsis vivis in aëre pendent, & *fuligine*, quæ per ignem fit, parandum esse adumbravit in *Introd. remed. sing. pro cur. febr.*) haud absq; ratione prædicavit, quippe cum ejusmodi topica, calida tenuium partium & salibus suis abundantia cum carpis applicantur, sanguini in subtus delitescentibus canaliculis, arteriis puta & venis circulantibus particulas suas volatiles subtiles per poros cutis communicent, & sic in massam sanguineam protracta, causam febris tollant vel mitigent. Confer. præter *Etmüllerum Com. in Schr. & Morell. de C. M. p. m. 405.* & *Junken. Chim. Exper. Curios. p. 632.* *Sim. Pauli Qu. botan. p. 24.* & *Digr. de febb. malig. J. 62. p. 82.* *Dolatus loc. c. p. 815.*

§. III.

In INFLAMMATIONIBUS internis non minus quam externis, resolvente, discutiente ac diaphoretica virtute sua acidum acrem sanguinem in membranis musculosis nerveisq; subsistentem, coagulatum & rodentem corrigendô, incidendô ac ordinato motus circulo restituendô, quam optime juvat ægrotos. Inde est quod in PLEURITIDE vel solus fulig. camin. pulvis ad \mathfrak{z}^{ss} , \mathfrak{zj} cum ∇ card. ben. datus, tam citum præstet auxilium, Autore *Riverio Cent. II. obs. 79. p. m. 172.* Neque tantam efficaciam hoc in morbo habet ratione \ominus is nitrosi, ut quidem putat *Etmüll. l. c. p. 120.* cum, præterquam quod nitrosa non æque convenient pleuriticis, ejusmodi sane \ominus fuligini haud inhæreat, secundum ea quæ Cap. I. latius diximus, sed potius ratione particularum salinarum volatilium, quibus effusi in pleuram sanguinis, hinc subsistentis & coagulati aciditatem corrigere, motum ejusdem accelerare & obstructionem canaliculorum sanguiferorum tollere, uti alia \ominus ia volatilia, apta est fuligo: cujus hinc spiritus

quoque multo magis hinc conferre laudatur à *Riverio P. M. Lib. VII. cap. 2. pag. n. 304.* & \ominus volatile cum ∇ is appropriatis & opiatibus mixtum, non omisis inventibus & absorbitibus terreis, juxta *Sylvii* methodum in hoc affectu jure commendatur à *Dolao l. c. p. 286.* Pari modo in OPTHALMIA *verà humidà* & *πλωσσει* convenit, teste *Dioscor.* qui *Lib. I. cap. 86.* pini & piceæ præsertim fuliginem *πρός καινθες βεβρωμένως, προς τε πηλα βλέφαρα και ὀφθαλμῶς δακρυῶνας ad arrosos oculorum angulos, callosas glabrasq; palpebras & ocellacrymationes* sumi scribit, ubi deficcante, extergente & discutiente vi suâ ophthalmicum præstat usum non minimum, si nimirum cum mucilag. sem. lin. vel cydon., aut butyr. rec. lotò, additis terreis ac saturninis in linimentum vel unguentum redacta applicetur. Contra AMBUSTA etiam enormiter, metu gangræne & sphaceli præsentè, fuligo vi discutiente, extergente & epulotica infurgit, quo casu, uti veteres, *Dioscorides, Galenus & Avenenna* aliiq; atramentum librarium adhibebant, ita inter Recentiores *Junk. l. c. p. 650.* Unguentum viride ad ambusta *J. Demuth.*, quod ex ol. lin., rapar., cerâ, fulig. splend., virid. eris non frustra commendat; quemadmodum \ominus is volatilis fuliginis energiam in extinguendo ardore cujuscunq; combustionis maximopere laudat *Glauberus l. c.* Eandem ob virtutem siccantem, mundificantem & putredini resistentem in GANGRÆNA oleum fulig. nigricans illinitum, aut Ω fulig. Ω vi vini camphorato mixtum, Chirurgorum expectationi satisfacit, vid. *Stiiser. l. c.*, & in CARBUNCULO fuligo splendens pulverisata atq; cum \ominus communi, theriacâ, ferm., sapon., tereb., vitell. ovor. &c. vel cataplasmati vel emplastri formâ, qualia *Fincelius de Peste Part. IV. Senn. de febr. p. 476. 631. 670. 704. Junken. l. c. p. 663. 664.* describunt, imposita juvat. Quinimo *Diemerbroek de Peste p. 255.* ex Paræo refert, quod sæpius vel solo cataplasmate ex fulig. cam. ξ iv. & \ominus com. ξ ij cum duorum ovorum vitellis mixt. paratò, carbunculorum ardores doloresq; leniti & suppuratio promota fuerit.

§. IV.

Cum etiam fuligo particulis suis Δ eo- \ominus ino-alkalicis volatilibus subsistentes humores acres, acidos, pituitosos, rodentes ac vellicantes incidere, resolvere, digerere & dissipare valeat, omnino

NI CAT.

ut carminativa, et anodina & nervina in doloribus quibuscumq; tam interne, quam externe adhibenda laudari meretur. Sic e. gr. in ODON-
 TALGIA oleum fulig. fest. cum solum, tum cum oleo bux., caryoph.
 mixtum prodest: quia etiam ex ful. pulv., additis op. cortec.,
 fem. hyosc., camph., cum ol. N. M. expresso massula fit, quam
 pro dentibus dolentibus multum commendat *M. B. de Berniz in*
F. M. S. Cnaffel. Tit. 3. p. 27. Ubi non minus quam in ARTHRI-
 TIDE VAGA SCORBUTICA ut & FIXA PODAGRA, etiam
 interne spiritus & sal volatile fuliginis ut & Essentia alexipharmaca
 per se & cum Tincturâ auri Clauderi, succini, anodina &c. remixta,
 quam optime & aqve ac alia diuretica & sudorifera sale volatili
 abundantia, à *Sylvio Prax. Medic. append. Tract. VIII. p. m. 787.*
 laudata, conveniunt. Externe verò hæc litus spirituosus ex spiritu
 ☉ fuligineo, ☽ fulig., Ess. alexiph., vel solis (uti solum ☽ fulig.
 in doloribus podagricis illitum laudat *Ermüll. l. c.*) vel cum ☽
 formic., lumbr., aliisque parati sunt egregii, & externe in doloribus
 arthriticis & podagricis oleum fulig. summo jure laudari scribit
Süsserus l. c.; uti etiam sequens *Empl. antiarthriticum* mira præstat.
R. fulig. pulv. ☉ com. sic. iusi ☉ cribrati aa ℥xxxij, Butyri saliti,
℥xvi, cera lb. j. civ., Tereb. ℥xv. gum. amm. ℥ij M. F. l. a. Empl.
 in COLICA, FORMINIBUS VENTRIS, HYSTERICA PAS-
 SIONE, DOLORIBUS POST PARTUM & fuligo ipsa in substan-
 tia ad ꝑi in ovo sorbili propinata juxta *Riverium l. c. Lib. XV. cap. 6.*
p. m. 456. & *Ermüll. l. c.* & spiritus ac ☉ volat. fulig. cum castor.,
 succin., mirrh. adhibita, inque vehiculo ☽ aut decocti fl. chamæm.
 data magni æstimantur. Ut taceamus, externe quoque adhibitum
 fuliginis pulverem, dum scilicet carbonibus injicitur, injectique
 exhalans fumus naribus ac utero excipitur, hystericas excitare &
 juvare. Ita quoque in LUMBRICIS INFANTUM oleum fuli-
 ginis umbilico illitum insignis efficacix esse fatetur *Stifferus.*

§. V.

In OBSTRUCTIONIBUS varii generis variosque morbos
 procreantibus, vitiò vel ☽uum debiliorum, confusorum, hinc
 elateris fibrarum nervearum cessantis, vel humorum lentorem,
 viscedinem & coagululum seu grumescentiam contrahentium & sub-
 sisten-

Ca

siten-

sistentium indeque obstructarum seu remoram patientium viarum,
 pororum, vasorum ductuumve oriundis, quid fuligo cum suis præ-
 paratis valeat, satis vires ejusdem resolvendi, aperiendi, roborandi,
 sudorem ac \square am ciendi monstrant. Unde non inconsulto in
 LETHARGO, CARO, COMATE VIGILI, CATALEPSI,
 VERTIGINE, INCUBO, APOPLEXIA, PARALYSI &
 MELANCHOLIA \ominus & Ω fuliginis tam simplex quam succina-
 tus, Ess. alexiph. cum TR. auri Clauderi à *Doleo l. c.* passim com-
 mendantur. Qui ipse Autor eadem fuliginis præparata quoque
 in ASTHMATE tam humido viscido, quam sicco convulsivo nec
 non in CATHARRO SUFFOGATIVO *l. c. pag. 226. 266. 269.*
 haud citra rationem effert, præsertim si cum cephalicis nervinis,
 v. gr. castor., succin., mirrh., misceantur. Conf. *Willis. l. c. p. 128.*
 SYNCOPEN & LIPOTHYMIAM arcere spiritum fuligi-
 nis internè propinatum vel solum, vel cum camphorâ maritatum,
 unâ cum Etmüllero fatetur *Doleo l. c. p. 365. 367.* In SUPPRES-
 SIONE MENSILUM indeque oriundâ STERILITATE spiritus
 fuliginis cum aromaticis mixtus, præ aperiendis & roborantibus
 aliis à *Wedelio Excer. Patb. Therap. pag. 162.* laudatur. Ita in
 PARTU DIFFICILI ad promovendum foetum, fuligo, tam in
 substantiâ, quam spiritus oleaque ejusdem rectificata, cum aqua
 filiorum alborum, pulegii, cinamomi, additis quandoque, pro
 te nata, pulvere secundinæ præparatæ, borracis, mirrhæ, hausta, non
 minoris à laudatis Autoribus æstimantur. Imo ad FOETUM
 MORTUUM expellendum *Hippocr. Lib. 1. de M. M. cap. 128.* fuli-
 ginem cum canc. fluv., rad. lapath. & rut. & ∇ nullâ mixtam laudat.
 In CASU AB ALTO pro sanguine congrumato dissolvendo,
 encomio Etmülleri adeo egregia est, præsertim cum aqua chæreph.
 data. Uti etiam in ICTERO, CACHEXIA, CALCULO &
 SCORBUTO sal & spiritus fuliginis, ut & Essentiam alexiphar-
 macam, spiritum salis ammoniaci fuligin., cum *Claudero l. c. Doleo*
l. c. p. 424. 575. Willisio l. c. p. 147. Sissero l. c. & Hoffmanno Filio
Comm. in Poter. pag 78. ad dyscrasiam acido viscidam bilis ac
 lymphæ expugnandam porosque recludendos admodum proficua
 esse, experti sumus. Quinimo agonizantibus tam Ω , quam \ominus is
 volatil.

volatil., ut & olei fulig. succ. aliquot grana vel guttulæ exhibitæ miracula edere, ac si sudor subsequatur assumptionem, à limine mortis ad vitam eosdem revocare creduntur ab Hartmanno & Hoffmanno Patre l. c.

§. VI.

Porro in FLUXIONIBUS seu EFFLUXIONIBUS naturæ inconsvetis humorum, seti ac sanguinis, acrimoniâ acidâ scorbuticâ laborantium, hinc fervore immodico extra cancellos debitos erumpentium, omninò fuligo vi siccante, absorbente, adstringente nec non diureticâ & diaphoreticâ effectum edit salutarem. Sic in GONORRHÆA VIRULENTA & ipsâ LUE VENEREA, FLUORE ALBO, FLUXU MENSIIUM præsertim LOCHIORUM IMMODICO, tam internè, ad sanguinem serumque depurandum, ac spicula eorundem Θ ina impuriore per sudorem & \square am eliminanda pulvis & respectivè Ω & Θ vol. in Dec. lig. ∇ scord., fl. samb. & c. assumi poterunt, quam externè, ad sanguinis menstrui & puerperarum æstuantis impetum alterandum & refræmandum, fuligo in substantiâ vel sola ad ζ viii cum acetò fortissimò subacta juxta *Riverium Lib. XV. cap. 21. p. 484.* vel cum farin. volat. molend. bol. armen., sang. Dracon., thur., alb. ovorum, succ. portulac. vel plantag. atque aceto magis composita, juxta *Hercul. Sax. Prælo. pract. P. III. cap. 23 p. 106. 259.* cataplasmatibus vel linimentis formâ, regioni pubis & lumborum applicabitur haud frustraneo successu, uti non unâ vice experti sunt citati Auctores. Pariter in DIARRHÆA ferosâ & DYSENTERIA ipsâ, in initio præsertim, ad divertendas aut evacuandas per poros, & bene temperandas particulas acres aut massæ sanguineæ permixtas, spiritus fulig. cum Deco& lign. gva; quercus, fraxin. datus, ut insigne & egregium diaphoreticum ab *Estmüllero* merito laudatus, conducit.

§. VII.

Non minori cum levamine in TUMORIBUS quibuscumque ut tonsillarum, mamillarum, scrophulisq; incipientibus, quemadmodum communia sunt præsidia diaphoretica, imprimis penetrantiora volatilia, quæ congestos pituitosos, viscidos humores diffare, divertere sicque annihilare apta sunt, ita & in specie Ω & Θ valat. & olea

& olea fulig. tam simpl., quam succinata interne cum diluentibus adhibentur. Præsertim vero in BUBONIBUS malignis pestilential. eam Ω fulig. ad divertendam ac dissipandam materiam acrem interne datus, quam fuligo ipsa, ad resolvendum & aperiendum tumorem externe, cum salis, tritici masticati & salvia æqv. part. & sapon. alb. q. s. mixta, forma cataplasm. aut magis composita in Empl. sic dicto de fuligine, imposita à Sennerto, Diembrock, aliisque jure meritoque commendatur.

§. VIII.

In ULCERIBUS tam benignis, quam malignis, ut & cutis exasperatæ vitii externis, sero ichorenti, acido, acri, scorbutico debitis, quid à fuligine ejusque præparatis auxilii expectandum sit facile ex virtute ipsius siccante, abstergente, epulotica & diaphoretica, divertente colligi poterit. Sic in FISTULIS, LUPIS aliisque ULCERIBUS INVETERATIS, PUTRIDIS, CORROSIVIS tam internè ad sanguinis massam depurandam, fuliginis pulvis & spiritus & Tincturæ, quam externè, ad ichorem exsiccandum & extergendum fuliginis pulvis & imprimis \ominus fixum vel siccum, vel liquidum, vel solum, vel cum aliis ungentis siccantibus illitum ab Autoribus præcticis commendantur. Præsertim vero in CANCRO exulcerato certum & specificum remedium habetur tam pulvis, quam \ominus fixum fuliginis siccum & solutum in liquorem, isque modo solus, modo cum pulvere rad. ari & arsenico, aut cum ∇ infusione aut cum nitri triplâ partè calcinatione correcto, mixtus & inspersus; id quod arcanum erat Antonii Fuchii, quod hinc apud Roder. à Castro, Sennertum, Libavium, l. c., Harmannum l. c. descriptum & examinatum legitur. Ubi etiam, juxta monitum Wedelii in *Disf. de Aro pag. 34.*, balsamum ex oleo Ψ i, C. C. seu fuliginis, quod eadem præstat, & bals. peruv., ad foetorem & putrilaginem corrigendam, interpolari meretur. Quo spectat etiam Unguentum illud Helmontii specificum ad cancerum, quod *Junker. l. c. pag. 660.* velut præstantissimum in omnibus fordibus, phagedenicis ulceribus remedium non immerito laudat & describit seq. m. R. auripigm. 3xx \ominus \star Zij mell., el. ovor. aa. 3 β M. pro ungento. Porro in SCABIE, ACHORE & TINEA CAPITIS, IN LEPRAtam

tam Arabum seu ELEPHANTIASI, quam Græcorum & IMPETIGINE partim internè fuligo, ratione Ois sui volatilis, acida in sangvine ægrotorum præpollentia Oia destruentis, convenit, modo vitentur, monente *Williso l. c. pag. 262.* præparata ejus volatiliora, quæ sangvinem & humores supra modum exagitando eorum crases plus dissolvi, & corruptelas uberius in cutim propelli faciunt: partim externè in substantia non minus, præsertim si cum pulv. & fl. S^{is}, litharg., rad. lapath. acut. & pingved. porc. in unguentum redigatur, quæ ex *Foresto* describit *Regina Prax. Med. Lib. IV. medic. 18. & 19.* quàm oleum ejusdem empyreumaticum, ab *Etmüllero* & jam diu à *Glanbero l. c.* maximo perè pro illinitione commendatum, cum successu usurpabitur. Huc tendit quoque Cataplasma, quod ex fulig. pulv. cum acetò fortiss. subactò paratur, *Guseri Medic. domest. Tab. 63. pag. 137.* & Linimentum, quod ex *Creta*, fulig., oleo olivar. & cremor. lact. confit, *Junken. loc. cit. pag. 704.* quibus in *Tinea*, *lichenibus*, &c. multum ab istis, internis tamen depurantibus non neglectis, tribuitur.

§. IX.

In LÆSIONIBUS SENSUUM ac MOTUS variis, à vitiò ferè acrioris elastici, aut vappescentis quandoque, vel spirituum modo debiliùm ac depressorum, modo irritatorum, confusorum & impetuòse in nervos irruentium ortis, fuligo quoque ob O suum volatile nervinà, antispasmodicà, roborante, excitante & divertente virtute pollens, maxime convenit. Sic e. gr. in MEMORIÆ DEBILITATE, OBLIVIONE, EPILEPSIA, CONVULSIONE, tam universali, quam particulari seu SPASMO FLATULENTO, CONTRACTURA, &c. internè Ω & Θ volat. fulig. simpl. & succin. cum castorinis, ∇ apopl. oleosa mixta & assumta profunt, uti etiam fuligo ipsa cum rasurà Ois in pillulas redacta, haud semel vilioris conditionis hominibus & rusticis adversus Epilepsiam felici cum successu à *Stiffero* commendata fuit; externe vero Ω fuliginis cum Ω Θ \star mixtus, aut Ω noster Θ \star fuliginis tam naribus applicari, quam ad litus Quosos, nervinos, cum fructu haud minimo recipi poterit, id quod,

D

quod,

quod, & Dolzi & nostrâ experientiâ freti, svademus; quem in finem ipsum quoque oleum fuliginis ab *Hartmanno loc. cit.* valde commendatur.

§. X.

Denique usus fuliginis **COSMETICUS & MECHANICUS** paucis memorandus venit. Ille Græcis & Orientalibus olim tantummodo notus & frequens erat ad καλλισθησικα linimenta, quibus fucantur ornanturque palpebra, quæ partim ex ðii pulvere subtilissimo, partim ex fuligine parabantur, de quò præcipuis *Dioscorides l. c.* legi meretur. Hicce, uti olim ex parte cognitus erat, ita hodie adhuc asservatur & varius est (1) ad μέλαινα atramentum librarium, quod antiqui Scriptorum & Pictorum ex fuligine, gummi, glutine tauri & atramento futorio parabant; & hinc ad atramentum Typographorum conficiendum, quod Recentiores ex fuligine & oleo lini ac vernice liquidâ præparant, de quibus evolvatur *Caneparius loc. cit.* (2) ad Pictorum colores nigros, touche dictos, exinde parandos, ad quos commode quoque extratum fuliginis adhiberi posse diximus; & ut taceamus jam alios, (3) ad *Salis ammoniaci vulgaris confessionem*; quod ex quinque partibus \square z, parte una Ois communis, & dimidia fuliginis, unâ prælertim Venetiis & Antwerpia confici solet, uti *Porrius* in Museo pag. 20. & *Wedelius in Dissert. Inaug. de*

☉ *Cap. I. pluribus docent.*

TANTUM.



(1706)

Greifswald, Diss., 1706-25

ULB Halle
005 372 038


3



56







Farbkarte #13

B.I.G.

1713, 1 26

J. J.
DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
De
FULIGINE,
Consensu ac Autoritate Gratosissimæ
Facultatis Medicæ
In Almâ Gryphicâ,
PRÆSIDE
VIRO Nobilissimo, Excellentissimo atq̃e Experientissimo
DN. CHRISTOPHORO
HELVIGIO,

Med. Doct. & Profess. Publ. Ordinar. Celeberr., Facult.
Med. Seniore & p. t. DECANO Spectatissimo,
Dn. Patrono, Promotore ac Fautore etatem veneranda,
PRO LICENTIA,
Summos in Arte Medicâ Honores, Insignia & Privilegia
Doctoralia more Majorum rite capeffendi,
publicæ disquisitioni exposita

JOHANNÉ LEMBKEN,
Bardens. Pomeran.
In Auditorio majori,
Die XVIII. Decembr. A. C. M DCC XIII.

GRYPHISWALDIÆ,
Litteris DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, Reg. Acad. Typogr.

